et tunc laus erit
deo. Qui sedes
super cherubim
uirtutem tuam et
[illegible]
gu ista
[illegible]
[illegible]
potentiam tuam
ut
ad nos

Cum audisset iohannes
[in uincu]lis opera xpi mittens
[duos de] discipulis suis ait
[illi: Tu es qui] uenturus es
[an alium] expectamus? Et
[respondens ihe]sus ihc ait illis: Eun[tes]
[renun]tiate iohanni que
[uidistis] et audistis. Ceci ui[dent]
[cl]audi ambulant lep[rosi]
[mund]antur surdi audiunt
[mortui] resurgunt pauperes
[euangeli]zantur et beatus est
[qui non f]uerit scandalizatus
[in me. Illis] autem abeuntibus

cum uidere? Harundinem uen-
to agitatam? Sed quid exis-
tis uidere? Hominem mollibus
uestitum? Ecce qui mollibus
uestiuntur in domibus regum
sunt. Sed quid existis uidere?
Prophetam? Etiam dico uobis
et plus quam prophetam. Hic est
enim de quo scriptum est: Ecce
mitto angelum meum ante fa-
ciem tuam qui preparabit uiam
tuam ante te. Benedixi-
sti domine terram tuam
auertisti captiuitatem iacob
remisisti iniquitatem plebis
tue. Deuotionis nostre tibi
quesumus domine hostia iugiter im-
moletur que et sacri peragat in-
stituta misterii et salutare tu-
um nobis mirabiliter operetur.
P. Dicite pusillanimes conforta-
mini et nolite timere ecce
deus noster ueniet et saluabit
nos. Exploramus domine
clementiam tuam ut hec diui-
na subsidia a uitiis expiatos
ad festa uentura nos preparent.
Per dominum.